



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

Caput III. [i.e. II.] Ulterior miraculorum Besuæ patratorum enarratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

CAPUT III.

Uterior miraculorum Besuae patratum enarratio.

Eundem dæmoniacus, paralyticus, incurvus, cæca,

Juvenis quidam, nomine Arlevertus, immundo spiritu vexatus, dum a matre illic adduceretur, acrius fatigari cœpit: sed a fratribus cum interrogaretur, quomodo se haberet? et ille responderet, manus et os et omne corpus a terrimus viris constringi, illi sollicite eum ante altare deportaverunt, et pro eo orationi incubuerunt. Tunc iterum sciscitantes, quid ageret? dixit, se dimissum ab hostibus, eosque procul circumstare. Illis iterum orationi diutius instantibus, cum interrogaretur, si aliquid melius ageret? intulit, se eosdem malignos spiritus non videre, et incolumem permanere, surgensque coram fratribus et multitudine alacri vultu et rectis pedibus ad sua processit. Eodem die quidam puerulus dissolutionem perpeusus, quasi una parte præmortuus, ibidem deductus est et, mire sanatus, rediit. Vir etiam, nomine Moringus, ex pago, ut fatabatur, Divionensi, annorum circiter quadraginta infirmitate curvatus, illic triduo pro sua recuperatione opperiens, dum rediret, necdum duobus milliariis completis, curvatis morbo solutus, supremo gratias reddidit Conditori. Anus præterea, nomine Agelia, ex territorio Lingonicæ urbis, de villa Hyschioma *a*, cæcitatibus luebat infensam, quæ eo devenire cupiens, cum sedens equo a filio duceretur per vallem, quæ respicit monasterium a parte Aquilonari, antequam Besuensem fluvium adeas; conversa ad domum Apostolorum, quo sanctus positus erat Prudentius, elevansque oculos, et noxio humore detergens, clarissime videre cœpit. Et pro sibi collato beneficio, iter, quod cœperat, peragens, ad laudes persolvendas devotissime prorupit.

mulier manu contracta, simul cæcus, mutus ac fædo olens,

31 Femina quoque, nomine Arisma *b*, de villa, cui nomen est Burbureur *c*, dum textrino operi insudaret, subito ambæ manus ejus complicari cœperunt et contrahi, ita ut immani stimulante angore, ad locum jam dictum ire compelleretur, quæ duobus diebus et una nocte, gravi stridore vexata, tandem, opitulante divina Clementia, curata recessit, semper habens in ore: Domine, miserere *d*. Gautselinus, cujus supra meminimus *e*, qui claudus ad monasterium fuerat devectus, sanitate potita, diu ibi commoratus, nulla, ut patuit, cogente necessitate, primo * instigante diabolo, servitium dominorum extraordinarie fugiens, quo se ferret voluntas, ire disposuit. Secundo autem anno mansit in villa Yeio *f*, a monasterio remota, tempore novellæ seccationis, illius scilicet messis, cui vulgo nomen est «Succurrere jejunis.» Cumque a viro ammonitus, cujus insidebat tugurio, comitatus secum puerulo, fasciculum messis colligeret, humeroque imponeret, divina multatus ultione, in terram corruit, atque officium loquendi pariter et videndi amisit. Tunc, ducente puerulo per villas, de loco ad locum devectus, tandem ad monasterium deductus, sexto Idus Augustas, quod est ante Vigiliam S. Laurentii. Qui etiam eodem die in domo sedens, omnesque conticescere manu innuens, audientibus, qui aderunt, nomen beate Mariæ Virginis, et

** Ms. Div. imo*

f

beatorum Apostolorum Petri et Pauli, nec non et S. Prudentii sedulo invocans, libere cœpit loqui: cumque se ante altare deferri postularet, et quidam ei ex uno latere levamen præberet, illico rectus pedibus stetit, atque ad altare accedens, orationi incubuit, cumque surrexisset, curatus recessit; illo etiam foedissimo odore purgatur, quo hactenus graviter omnium offendebat olfactus *g*.

AUCTORE ANONYMO.

g Besuenses, a quorum templo

h

i

** Ms. Div. servabantur*

E

** lege lychni*

incendium avertit,

F

k

contracte

** Ms. Div. Pontificis*

l

32 Nec solum in hominibus, verum etiam in rebus inanimatis virtus egregii declaratur Martyris, ut subsequenter patescet. Nam in solemnitate SS. Petri et Pauli, Apostolorum principum *h*, celebrantibus Besua monasterio fratribus nocturnale officium, pallium, quod lectum i S. Prudentii cooperuerat, nec non et partem sancti Florentii corporis, etiam partem tabula, ad pedes Sancti locatis, infixerat, quatinus vice cereorum lumina diffunderent, et lectuli Sancti circumstantia redderent aptiora. Sed idem æditus, ad alia intentus, partem pallii, cereis negligenter suppositam, non amovit. Factum est autem, duobus Nocturnis exactis, dum tertii Nocturni prima Lectio legeretur, ut jam dictus æditus cum thuribulo, altari sancti Petri aliaque Pauli visitato, etiam lectum S. Prudentii circumiret. Prospecto igitur, quod candela ardens ad leni * cerei nimium vicina accesserat, felici forte errore deceptus, nec pallium amovit, nec candelam cohibuit.

33 Interim, accenso cereo, candela ardens dimidii pedis, quantum conjici datur, longitudine super pallium decidit: et dum duodecima Lectio dicta est, dum Responsorium ab eodem ædituo cantatum; dum Evangelica Lectio ab abbate nihilominus recitata, dum Hymni, videlicet «Te decet laus» et «Te Deum laudamus» Tracti incantati, dum denique Matutinale sequens Officium diligentissime exequutum usque ad Psalmum «Deus, Deus meus,» ad te de luce vigilo» exstitisset, pallio candela semper superjacens, nec illius superficiem fervens flamma læsit, nec liquens cera ullum vestigium furentis flammæ reliquit. Attamen incredibile est *k*, et admiratione dignissimum, pallium, quod Sanctorum meritis a flammis in omnibus videtur esse intactum, a cerei guttis defluentibus in summitate sua habetur paululum maculatum; ut scilicet et virtus miraculi in pallii integritate clarescat, et æditui minus justo cauta custodia in maculato margine condemnatur.

34 Priscorum luce miraculorum denique, divina coruscante clementia, est annectendum, ad ejusdem summi Opificis * inenarrabile nomen magnifice collaudandum, qualiter quædam adolescentula tredecim fere annorum, nomine Wlfaida, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Besuensis monasterii ancillula ex Cavaniaco *l* villa, ex nimia infirmitate clauda, curata est. Quæ sexto Nonas Octobris incidit in langorem, qui langor inremediabilis obtinuit usque Kalendas Decembris. Ipso namque datarum die, ingravescente tabe, geniculorum poplites cœperunt flecti, et suffragines cum tibiaram cruribus adherere: quibus insolubiliter adhæsis, cæterisque membris, scapulis videlicet cum brachiis manibusque omni officio humanitatis carentibus, perstitit

ACTORE
ANONYMO.

m

stitit ita contracta et inutilis, solam mortem præstolans, usque 15 Kalendas Junii, die videlicet quartæ feriæ, festiuitate Pentecoste mediante *m*. In ipsa denique nocte vidit se per visum stantem ante altare, sicut et antea jam similiter præterita, quarta scilicet feria, in eadem sibi nocte conspexerat.

morti præterita,

n

35 Diluculo igitur transeunte, jamque Titane sublimi more scandente, præfata flebili cœperunt trista membra dolere; quæ illico parentum manibus tollitur et ad monasterium bajulatur; cui in itinere, dum vectatur *n*, noxia membra continuo sunt visa dissolvi. In ecclesia beatæ et gloriosæ Virginis ponitur; factum fratribus nuntiatur, fit gaudium omnibus, replet tripudium universos. Tunc, monachis illuc hilariter aduentibus, sexus concurret undique universus. Mox, peracto Missarum Officio, elevatur in ulnis, cum ingentis lætitiæ laudibus ad monasterium deportatur. Januas ejusdem illis introeuntibus, signorum sonitu reboante, vocibus utriusque ordinis in cœlum * laudes referentibus, ante sanctum altare eam deposuerunt. Ecce geminæ visiones ante altare stantis testantur duo altaria vigilanti cum gaudio deportatæ *o*: quæ iterum celebrato divino Officio, extensa sedit, Corpus et Sanguinem Domini sumpsit *p*, post hæc proprii manibus vinum cum calice bibit, quod ex die septuagesima, qui est ante quadragesimum *q*, numquam per se sine adminiculo alterius fecerat. Nam ex præfato tempore Septuagesimæ, ac per totam Quadragesimam, peractisque diebus omnibus Paschæ festiuitatis usque in illum alacrem diem, quo hæc acta sunt *r*, et nec tunc, panem omnino, numquam in ore sumpsit sed levissimo cibo, aut cleribus decoctis corpusculum reficiendo sustinuit.

* addit Ms.
Div. Deo

B

o

p

q

r

s

t

u

v

w

x

y

z

aa

ab

ac

ad

ae

af

ag

ah

ai

aj

ak

al

am

an

ao

ap

aq

ar

as

at

au

av

aw

ax

ay

az

ba

bb

bc

bd

be

bf

bg

bh

bi

bj

bk

bl

bm

bn

bo

bp

bq

br

bs

bt

bu

bv

bw

bx

by

bz

et colubro
implicatus

s

t

u

v

w

x

y

z

aa

ab

ac

ad

ae

af

ag

ah

ai

aj

ak

al

am

an

ao

ap

aq

ar

as

at

au

av

aw

ax

ay

az

ba

bb

bc

bd

be

bf

bg

bh

bi

bj

bk

bl

bm

bn

bo

bp

sibi propitium
habent.

37

Tunc ille sentiens mortem suam, viribus, quibus potuit, ad se gressum retrahens, magnis vocibus Dei omnipotentis misericordiam cum pavore simul et gemitu invocare cœpit, et suffragia sanctorum Apostolorum, nec non et San-

ctorum cæterorum suffragia implorare. Videres horridissimam belluam, tibiam hominis flexibili motu stringentem: ipsum hominem astu anti pallore, simulque et sudore madentem, mortemque extemplo metuentem; fugiendi sibi met locum, si vires suppetarent, anhelantem, sexum utrumque ad hanc vociferationem currentem, insanum populum tremiscentem, universum scilicet admirantem, fidelem gaudentem. Qui monitus ab omnibus, ipseque in semetipsum reversus, votum vovit Deo, ut, si ex hoc periculo ereptus fuisset, ulterius jam se taliter minime perpetraturum, statimque serpens eum deseruit, et iter quod voluit, adgressus est. Mirum in modum homines sensu capaces saviunt, nociva, mortifera et humano generi ab initio vitanda, indomabilisque et virulenta natura, quod nescit, obtemperat.

ANNONATA.

a Videtur significari hic vicus, Usome apud Guillelmum de Uste dictus, prope montem Sathonis, in decanatu Granceii diocesis Lingonensis.

b Ms. Divionense habet: Arisina.

c Idem vicus seu villa, qui hic num. 21 dictus Burburenium. Vide Annotata ad illum num., lit. p. cap. præcedenti.

d Hoc loco nescio quid de ægroto in Ms. Divionensi inseritur, sed adeo depravatus est illius textus, ut sanum inde sensum eruere non valeam.

e Lib. II, cap. 1, num. 22.

f Is-sur-Tile prope Tric astrum in decanatu Granceii, paulo ante memorato.

g Videtur id factum anno 885. Vid. Comment. prævium num. 32.

h Ms. Divionense istud miraculum exorditur hic verbis: Anno 898, Indictione 4, mense Junio, 3 Kal. Julii, festiuitate videlicet Petri et Pauli etc; quæ nisi forte depravata sint (quod tamen ex num. 42 Comment., ut affirmemus, nulla necessitas cogit) Theobaudum arguunt, qui infra sub annum 888 S. Prudentii reliquias Besua Divionem fuisse translatas scribit, nonnulla nimirum ex genio suo addens se antiquiori anonymo, quæ brevius hic et universim tantum exponit, ut videbitur infra in Annotandis ad cap. 3, lib. II Miraculorum S. Prudentii.

i Feretrum, in quo quiescunt Sanctorum corpora.

k Melius Ms. Divionense: Attamen, quod dictu incredibile est etc.

l Forte Chevigny inter Tric astrum et Besuam. Alter hujus nominis vicus est prope Divionem juxta fluvium Bonde. Tertius a Divione aliquanto remotior ad fluvium Sanfandon.

m Id est, corrente Octava Pentecostes.

n Corrupte Ms. Divionense, seu illius apographum, quod penes nos est: Qua in itinere videnti etc.

o Desiderari hic aliqua videntur, uti et in apographo Divionensi nostro, hic æque turbato.

p Galicis usum sæculo IX etiam laicis subinde fuisse adhibitum, factum Fridburgis probat, de qua apud nos tom. I Februarii in Vita S. Ansgerii, Hamburgensis episcopi, pag. 416: Prædicta religiosa femina, Fridburg nomine, in bonitate vitæ et fidei constantia laudabilis, dies vitæ suæ usque ad tempus produxit senectutis. Cum jam appropinquaret dies mortis suæ, et post discessum domini Simonis nullus tunc ibi adesset sacerdos, ipsa amore sacrificii, quod audierat

A audierat viaticum esse Christianorum, de vino aliquantulum in quodam fecit reservari vasculo, et filiae suae in fide commendans, ut, si quando ei ultimum tempus instaret, de ipso vino, quia sacrificium non habebat, ei in os distillaretur... Illud itaque vinum tribus fere annis apud eam conservatum est. *Mabillonius in Praefatione Actorum Benedictinorum, saeculi tertii parti 1 praemissa, num. 75 ex Actis S. Odiliae, quae saeculo octavo fuit, haec transcribit*: Cum calicem (*Odilia*) in quo Dominicum Corpus et Sanguis habebatur, sibi adferri precepisset, propriis manibus eum accipiendo, sancta Communionem participata, omnibus cermentibus animam reddidit. *Plura in hanc rem vide apud Mabillonium modo citatum.*

q *Dominicas Septuagesimae et Quadragesimae intellige.*

r *Die 18 Maii anni 886 vel 897. Vide num. 32 Comment praevii.*

s *Pouilly vicus ad Vingennam fluvium non procul Besua.*

t *Verosimiliter is est S. Florentius martyr, quem Castellanus in Martyrologio Universali ad 27 Octobris Tricastri in Burgundia annuntiat, passumque ait sub annum 304.*

B *u* *Hunc Ughellus Italiae sacrae auctae tom. IV col. 525 Brixianensem in Lombardia episcopum facit: sed refellitur ab Henschenio tom. II Februarii in Commentario praevio ad Vitam SS. Faustini et Jovite; ubi haec ex Adone Ms. Telonensis ecclesiae de S. Antigio recitat: Lingonis, civitate Galliae in territorio Magnomontensi, transitus S. Antigii confessoris et episcopi: qui primo ibidem sepultus, postea vero inde translatus et in Caiciaco villa in ecclesiam S. Mariae et S. Martini a domno Haymone venerabili sacerdote honorifice reconditus est. Deinde post non plurimos annos ob metum Normannorum, qui tunc maximam partem Franciae ac Burgundiae vastaverunt, ab ipso sancto sacerdote perlati, et in Italiam adducti, atque in civitate Brixia in monasterio sanctorum Martyrum Faustini et Jovite, quod ipse jam dictus venerabilis abba postea per annos octo, menses quatuor, dies viginti tres honorifice rexit, venerabiliter collocatus quiescit. Colitur S. Antigius seu Antigius confessor 14 Novembris. Alter S. Antidius a Castellano annuntiat die 16 Junii, Rufiaci in comitatu Burgundiae episcopus Vesontionensis; de quo apud nos actum tom. V Junii ad diem 25 ejusdem mensis: sed cum hic martyr fuerit, de hoc anonymus intelligi nequit.*

C *u* *Hunc Ughellus Italiae sacrae auctae tom. IV col. 525 Brixianensem in Lombardia episcopum facit: sed refellitur ab Henschenio tom. II Februarii in Commentario praevio ad Vitam SS. Faustini et Jovite; ubi haec ex Adone Ms. Telonensis ecclesiae de S. Antigio recitat: Lingonis, civitate Galliae in territorio Magnomontensi, transitus S. Antigii confessoris et episcopi: qui primo ibidem sepultus, postea vero inde translatus et in Caiciaco villa in ecclesiam S. Mariae et S. Martini a domno Haymone venerabili sacerdote honorifice reconditus est. Deinde post non plurimos annos ob metum Normannorum, qui tunc maximam partem Franciae ac Burgundiae vastaverunt, ab ipso sancto sacerdote perlati, et in Italiam adducti, atque in civitate Brixia in monasterio sanctorum Martyrum Faustini et Jovite, quod ipse jam dictus venerabilis abba postea per annos octo, menses quatuor, dies viginti tres honorifice rexit, venerabiliter collocatus quiescit. Colitur S. Antigius seu Antigius confessor 14 Novembris. Alter S. Antidius a Castellano annuntiat die 16 Junii, Rufiaci in comitatu Burgundiae episcopus Vesontionensis; de quo apud nos actum tom. V Junii ad diem 25 ejusdem mensis: sed cum hic martyr fuerit, de hoc anonymus intelligi nequit.*

CAPUT III.

S. Prudentii reliquiae Divionem transferuntur sub finem saeculi IX: sequenti vero Besuam reducuntur.

Normannorum metu sub finem saec. IX

A Anno vero ab Incarnatione Domini octingentesimo octogesimo septimo, ultimo Karolo, puero, filio Ludovici imperatoris regnante in Francia: Odone autem, filio Roberti Andegavorum comitis, tutore regni *a*, Norman-

Normannorum gens effera, immensis exercituum collectis copiis, Franciam ingrediuntur. Jam enim prius Parisiacam urbem, post septem annorum obsidionem captam et vastatam *b*, Rothomagum, Ebroas, Bajocas et caeteras Neustriae civitates atrociter depopulati fuerant. Tunc vero Belvacum, Carnotum, Meldis, Milidunum solo tenus evertentes, totas longe lateque, nullo penitus obsistente, pervagantur Gallias, rapinis, incendiis ferroque cuncta pessumdantes. Jam itaque Neustriam, jam Franciam *c* hostica manus exhauserat, sed nihil omnino actum credidit, nisi etiam Burgundia suae crudelitatis feroces experiretur gladios. Quam nequitiae spiritu ingressi omnia more solito caedibus, rapinis, combustionibus ad internecionem usque debacchantes tradiderunt, denique tandem ad locum pervenerunt furentes, quem antiquitas Besuum nuncupari voluit, a fonte scilicet ejusdem nominis, illic in magnam sese resolvente aquarum affluentiam; adeo ut mox in fluvium largissimum praeter alterius amixtionem mire colligatur; tanta siquidem hostium ipsorum multitudo fuisse perhibetur, ut praefatum fluvium quatruiduo ibidem castra metantes penitus desiccaverint. Destructo ergo ejusdem loci caenobio *d*, quod ab antiquo beatis Apostolis Petro et Paulo dedicatum fuerat *e*, monachis quaque septem peremptis *f*, et aliis effugatis, aliorum ad similia perpetranda funestas obvertunt acies; quippe ad Divionense castrum eos aspirare, quamvis proximum sit, nec loci munitissimi firmitas, nec ducis formidanda famosissimi bellicositas nullatenus permisit.

39 Haec autem ideo dixerim, quia tunc *g* sanctissimi corpus Prudentii, Divioni propter metum eorum translatum, longis temporum illic permansit anfractibus: sub ea equidem tempestate lugebant alii tot et tanta mala, quibus fas erat, ut antea experti; alii metuebant, antequam experirentur, suspecti, altoque apud se rimabantur in pectore, quo pacto, si sua nequiritia deflendere vel oculere, saltem Sanctorum pignora sibi posterisque profutura ad loca tutissima et barbaris inaccessibilia transferrentur, ne penitus exterminio traderentur, si truculentissimae gentis manibus obvenerent. Proinde multa Sanctorum corpora Divioni sunt invecta, utpote quod munitissimum et inexpugnabile praeter caeteris videretur, et egregii ducis Burgundiae, Richardi nomine, ibidem commanentis metuenda longe lateque celebraretur potentia: tunc etiam beatissimi corpus Prudentii eo illatum est, quod postmodum sex lustris *h* ibi permansit, multis coruscans virtutibus, usque ad tempora videlicet bonae memoriae Guarnerii, qui quartus a sacro Geylone pontificalem gessit infulam *i*, ad quem accedentes monachi Besuenses, vel qui Normannica quondam effugerant arma et reversi fuerant, vel qui eundem locum desertum restruxerant, communiter efflagitabant, quatenus B. Martyrem loco suo restitueret, cui eum sacer praesul Geylo quondam dederat, quorum lacrymosis precibus pius flexus pontifex Divionensibus minaci jubet auctoritate sacrum sine dilatione reddi depositum.

40 At illi, cognitis sancti Martyris miraculis, quibusdam usi tergiversationibus, eum summopere retinere nitebantur. Verum quia praesuli, penes quem erat cogendi potestas, non obtemperare nullatenus valebant, callide iniere consilium sub nomine sancti Martyris alium pro eo reddere

AUCTORE ANONYMO.

b

c

E

d

e

f

F

ejus reliquiae transferuntur Divionem, unde,

g

h

i

frustra renitentibus